



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Etiam Joh. 13. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

250 De CALCEIS HEBRAOR.

go stetisse, uti claris verbis Lucas refert: *σῶμα περὶ τὸς πόδες αὐτοῦ ἀπίστω* unde Christus, in latus recumbens more Romanorum, plantas potius soleatas obvertisset, quam partem supernam seminu-dam. Adderem ego, in quo fortasse plus est virium, haudquam mulierem Christi pedes soleatos unxisse, quod tamen diserte Lucas, *καὶ λειφε τῷ μέρᾳ*. Nunquam enim pedes, quorum frequens fuit unctio apud plerosque populos, cum soleis ungebantur.

Curt. lib.
8. cap. 9.
Ipsi Indi, uti refert Curtius, *demp-tis soleis, odoribus illinunt pedes.*

Quare expedita est difficultatis omnis evitandæ ratio, si dicamus Servatorem, dum accumberet mensæ, soleas deposuisse, ac pro more istius temporis nudis pedibus cœnasse. Id ipsum observare est, cum Johannes refert, Christum lavasse Apostolorum pedes: *Ἐγέρεται, inquit, εἰ τὰ δύπνα, καὶ τιθητ τὰ ιμάτια.* καὶ λαβὼν λέντιον διεζώσεν ἑαυτόν. *Εἶπε βάλλε ψόδῳ εἰς τὸν πιπήρα, καὶ ἔργατο νίπτειν τὰς πόδας.* τῶν μαρτυρῶν. καὶ σκυμάσειν τῷ λευκῷ, ὃν διεξασμόθω. Surgit à cena

Joh. 13.
4. 50.

6

¶ ponit vestimenta sua, ¶ cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde mittit aquam in pelvim, ¶ cœpit lavare pedes discipulorum, ¶ exsurgere linteo quo erat præcinctus. Lavit hic Christus Apostolorum pedes, dum mensæ adhuc accumberent, pedibus post se protensis. Atqui tum pedes Apostolorum nudos fuisse necesse est: cum pedes soleati neque aqua lavari, neque linteo possint abstergi. Ut Apostoli soleas, sive sandalia, jam antea exuerint, more accumbentium istius ævi, ne stragula lectorum, mensas ambientium, pulvere aut luto conspurcarent. Neque enim de demptis prius à Christo soleis, vel minima est suspicio, cum hoc non præterinisset scriptor diligenter, qui omnes circumstantias tam accurate annotavit. At si cut Apostolorum una cum Christo accumbentium pedes fuerunt nudi, ita & Christi ipsius fuisse par est colligere, quem nihil ab aliis singulare deprehendimus observasse. Quare, cum Christus nudis pedibus cum suis Apostolis accubuerit semper, statuere necesse est

L 6 idem

252 De CALCEIS HEBRAOR.

idem factitasse cum Paschale convivium ageret. Ut ritum priscum in Ægypto mandatum & ab omni populo tum temporis observandum, non usurpaverit Christus, sed discalceatus Pascha commederit. Scilicet ille ritus symbolum tantum fuit instantis itineris, adeoque non semper & ubique retinendus. Quomodo & id ipsum, quod voluit Deus, ut sanguinem postibus in Ægypto, aspergerent, non fuit observatum seculis posterioribus, quia tantum pro illo tempore imperatum erat.

CAPUT SECUNDUM.

Religio nudis pedibus templa intrandi apud varias gentes. Apud Hebraos nemo cum calceis templum ingrediebatur. Ante Synagogam hodie vel purgant vel exuunt calceos Iudei. Moses & Josua iussi calceos exuere. Exod. 3. 5. & Jos. 5. 15. Vera istius ceremonia & ratio. De Moses calceis lepida commenta. Ex hoc